

solos incurabiles nō iuuit. Potatur autem  
cū uino tenuis substantiæ, mediocriter mi-  
xto, si prorsus homo sine febre sit, uel etiā  
si parum admodum febricitet. Multū aus-  
tem aqua intercuti languentes iuuat, nisi  
febres sint uehementes, calore pestiferē ubi  
hulcera arefacere necesse sit. Vim suam ha-  
bet gleba Armenica, quam Bolum Arme-  
niūm hodie uocant uulgo omnes illorum  
uoce nominata zarinaca, Syrorum autem  
zarinacha. Mons autem in quo gignitur  
ciuitatis est quę nominatur Bagauanana.  
Ager in quo mons est, nominat Agaraces

### Lapis hæmathites.

**A** Coloris similitudine ita nominatus λίθος ἀιματί<sup>ς</sup>  
est, attritus nanç molis uel cotibus, tίτης  
cruentum succum remittit. Frigidi probatiss.  
tatis autem tantum particeps est, quantum hæmathis  
etiam acerbitatis. Solo autem eo utimur, tes lapis qui  
cum supercilia sunt asperiora, si huiusmo<sup>dī</sup> friabilis,  
di pariter inflamminentur, uel si qua fuerit di rubēs, au-  
scerptio, quod si citra ardorem sit, ab aqua niger est,  
incipe semper & mediocriter humido in se ipso  
fundendo. Cum uero languens, fert uim durus, &  
crassiorem, semper exerceto & finiendo ita æqualis.  
crassum feceris, ut perponi sansam inferas,

M

intingasq; supercilium. Hic ipse lapis simili  
liter in cote attritus & potus , sanguinem  
expuentibus opitulatur , cunctisq; hulceris  
bus aridus dissolutus, ut puluis efficitur,  
corripit autem super carnescentia . Se ait  
Aetius gustu inuenisse uim ipsius oculos  
rumq; hulcera curasse, uel infundendo, uel  
subliniendo , idq; experientia se didicisse  
gloriatur.

λίθος  
χίστης

λίθος γα  
λακτίτης  
λίθος με  
λατίτης

Lapis schistus, galactitis melititis.  
Hematiti lapidi similem quidem, sed de  
biliorem uim habet Schistus nomine dis  
ctus. Is colorem tritus in cote præfert pal  
lidum. Post quem est galactitis intus lactis  
colorem gerens. At melititis quiddam ca  
luditatis habet & gustus mellis similitudine  
nuncupatus . Quilibet igitur ipsorum paus  
lulū secedit ab potestate hematitis, in usum  
oculorum similiter agitur, at mitior est, &  
semper mitiora medicamina, adhuc inflas  
matis periculis sunt accommodatoria, de  
sinentibus inflammationibusq; deficienti  
bus debiliora quoad conualecant.

Communis de omnibus la  
pidibus doctrina.

Cum sit lapidibus commune omnibus  
arefacere, quicūq; ipsorum, aut in succū so  
luti, aut aliter resoluti, nullā gustu euidentes

tem habent qualitatem, illos demū putant  
dum est esse imbecillissimos, & cītra omnē  
morsum, quicunq; apparent manifestam  
quandam qualitatem gustu indicare, cum  
qualitate uero uis habet proportionem, si  
quidem acerbescit, ad corripiendū, astrin-  
gendū, contrahendum, coagulandum  
accommodatur. Sin mordeat, ad calefaci-  
endum, distrahendumq;, ac coquendum  
medī inter hos sunt, qui abstergentes solū  
sine acerbitate & morbiunculis sunt.

Leucographis uel moroxus.

Succum resoluentium est inuenire in  
Ægypto lapidem, quo utuntur attenuan-  
tes uela, hunc alijs moroxum, alijs leucogra-  
phida uocāt. Is nanc; subuiridis apparet,  
si atteratur in core, uel uestimento asperio-  
re, locum albicantem intuebere, iam dictis  
est magis qualitatis expers, neq; acerbitas-  
tem, neq; abstersionem, neq; morsiuncu-  
lam demonstrans, quare solum est ut arefa-  
ciat sine morsu, ideo ceroto ipsum miscen-  
do ad cicatrices perducendas hulcerum in  
mollibus utuntur corporibus. Miscent eti-  
am ipsum ophthalmicis potestatibus quæ  
oculis medeantur, qui quanto iam memo-  
ratis mollior est, magisq; qualitatis expers  
et tēperatiōr & doloris magis expers est.

### Galactitis.

**λιθοσ γασ λακτίτης.** Hic quoq; colorem iam memoratis uis-  
cinum habet, subuiridis succum lacteum  
remitit, est autem sparsior specie leucogra-  
phide. Abundantes lacte reddit mulieres,  
si lotæ bibant, uel cum aqua, uel cū uino  
dulci friatum, tritumq; lapidem. Miscetur  
etiam ophthalmicis. Aiunt autem ipsum  
si pendeat & collo infantium dentientium,  
constituere ipsos & malo immunes.

### Iaspis lapis.

**λιθος τελωνις** Cunctis iam memoratis lapillis, ualidis  
orem uim habet, qui ex Æthiopia delatus  
est lapis subuiridis Iaspis appellatus. Res-  
missus autem lacteum succum remittit co-  
lore, mordens est gusiū, & ob hoc modo  
purgat & abstergit citra inflammationē,  
hebeti oculorū aciei succurrit, ex quibus  
sunt illa commoda lapidibus, ut oculorū  
attenuet cicatrices, quę abstergi nō possunt  
duraq; sunt alarum sua quadam proprietas.  
Alia uiridis Iaspis habet adiumenta,  
stomacho prodest, & ueniris ori. Imponūt  
aliqui anulis, sicut rex Necepsos scripsit, in  
quiens, Huius ego lapidis uim expertus  
sum, & colloq; suspendi, ut os uentris hi la-  
pides attingant, uidebatur, inquit Aetius,  
nihil secius adiuuare sine sculptura quam

Necepsos scripsit, erant namq; insculpti ra  
dij draconis.

Tecolithum quē Syriacū uocant. Fortaſſe que godie lapide  
indatim corap  
Est etiam alius ualidus potētia in Syria  
Palestinę natus, colore albus, figura con-  
cinnus, litteras habens tanq; torno factas,  
uocatur autē Iudaice tecolithus. Est is effi-  
cax aduersum calculos qui gignuntur in  
renibus rasus in cote, & potus aqua calida  
in calculis autem uesicæ non ualidū æque.  
Necepsos autem inquit, Tere tecolithum  
cum aqua, & faciendo tenuis compositio-  
nis crassitudinem, abradēdoq; pilos circa  
uesicam, ac circa pudenda perunge, illiniſ-  
to, & absumet calculum qui in uesica sit,  
ideo salue, inquit, mare Arabum, quod re-  
media profers nocumentorum inuentum  
tecolithum. Cum myrrha & oleo assu-  
pius podagricis illitus inedetur.

### Pyrites.

Vnus autem ualidam uim habentium λίθος πυρὶ Gal mepta  
ad Glanone mir  
busita.  
etiam Pyrites nominatus colore argens  
to similis, quo utuntur Medici emplastro,  
distrahēdi uim habet, pusq; curat, essentias  
quoq; gutterum & stillationes quæ inter  
musculos. Expedit autem in usum ducen-  
tibus atterere uehementer oēs lapides, &  
cū ophthalmicis amniscere potestatibus.

M iij

### Lapis Phrygius.

λίθος φρύγιος  
γνώστης

Phrygius lapis ualide arefacit, habens quiddam acerbitatissimul & morsus, unde & expellit, & distrahit. Eo, inquit Aetius, exusto, semper usus sum in putrefactis hulceribus, aut per se, aut cum aceto, aut oxycrato, aut oenomelle. Ad oculos autem aridum fit remedium, de quo in compositione medicaminum dicetur.

### Lapis Ageratus.

Necnon Ageratus lapis, quo coriarij utitur, manifesto prodest gurgulionibus, gutturiqe inflammato.

### Lapis Asius.

λίθος ασιός  
Dios. li. c.  
cap. 95.

Vide annida.

Est et alias lapis natus in Asso, quem ob id Asium uocant meatibus refertus, tum colore, tum etiam substantia friabilis & laxus. Alitur autem in ipso quiddam pollinarium leuissimum, farinæqe consimile tenuitate, quod de parietibus abstergetur, uolitante farina, uocantqe petrææ assiæ florē. Estqe partium tenuium, ut carnes graciles liquefaciat, & salsas reddat citra ualidum morsum, habetqe gustu quiddā salsosum, ut similitudinem salis habeat, rore quodā in petra erumpente. Inde sub sole arefacta flori consimilis petra efficitur, suamqe operationem relinquit.

## De Gagate.

Est etiam aliis colore niger, qui similis  $\lambda\eta\delta\sigma\epsilon\gamma\alpha$  igni, similem odorem habens bitumini,  $\gamma\acute{a}t\kappa\epsilon$  quem aiunt in Lycia inueniri apud fluui<sup>s</sup> Dusonides h. um nomine gangum, unde & Gagates di<sup>s</sup> tus, latus, et leuis lapis. Si apponatur igni, leuem flammarum mittit. Vidi, inquit Aetius, in cauo Syriæ prope Hiericho in edito loco natam ad mortuum mare ad Orientem talem eius loci partem, ubi naſcitur bitumen, unde & similem habet odorem, usus sum eo in inflationibus ueteribus in genu factis, ammiscendo omnia quæ maius ritatem adducerent, & uim manifestariam indicarunt. Miscui autem ei barbarū nomine, & medicamen arefaciens, manifesto, compertum est, ut ſinū quoque contrahat nedum sanguinem in uulneribus glutine in quibus barbarus præcipue creditur conuenire. Aiunt autem Gagatem coctum aqua & pota aqua interimere uermes, circum illicum, ueteres capit is pacare dolores, esseque ad celeriter pariendum idoneum, ubi difficietur pariant mulieres, manu tamen pariētis si teneatur. Est, inquit Nicander, etiā Gaga Nicander res aliis lapis in Thracia natus, qui nullū medicinę præbet adiumentū, niſi quod cū ſit odoris tetri, ſuffumigatione feras fugat.

M iij

Magnetis lapis.

λίθος μα  
γνήτης

Magnetis & magnes appellatus, lapis heraclea consimilem habet hæmatiti uim, estq; potestatis eligendi. Ajunt autem, si manus teneatur, chiragrarum et podagrorum dolori, spasmis quoq; succurrere.

Smiris testa Clibani & alia.

*Smiris lapis asperging  
p alij parat lapides.* Abstergendi est potestatis Smiris, & testularum testa eiusdem potestatis, multoq; magis ex Clibanis. Dicitur autem Clibanus ea testa, quæ prunis cooperata, igni admota, inclusas carnes, uel quiduis tale torseret. Verum Smiris quiddam acutum habet, id propterea exurentibus & arefacientibus ammiseretur potentijs, & quæ curant cicatrices graciles, necnon ciferis abstergendi potentiae est impressa dentes lucidos facit, nō abstergendo solum, sed etiam sua asperitate. Vista autem ciferis non cedit myrrhæ in eisdem usus abluta, post exustionem egregie carnem obducit in cauis hulcerum. Testæ autem ex clibanis cum eo quod abstergent, etiam uim habent arefaciendi, ideo etiam emplastris conueniunt, quā hepæstida uocant & magon, ob hoc comparata ad cicatrices optimum medicamen.

Lapides qui in spongij.

Sunt etiam in spongis seu spongis com  
pertī lapides, qui uim habēt abstergendi, τῶις ἀπόγ  
nec tamen tam ualidam, ut calculos in ue  
sicis possint cōterere, at in renibus possunt

Naxias cotis contritio.

At naxiæ cotis contritio eius potentia  
est, ut podagrīcos iuuet cum rosaceo cero  
to accommodata.

Ophitis lapis.

Est etiam Ophitis lapis appellatus, ab  
stergendi & atterendi potentia, potus cum  
uino albo ac tenui, calculos in uesica atten  
dit, iuuat quoq; & serpente ictos succensus.

Hieracitis.

Hieracitis & Indicus hæmorrhoidas are  
faciunt dextræ coxæ circumfusi, ut se Aeti  
us experū dicit. At Diogenes in eo libro **Diogenes**  
quem de lapidibus scripsit, inquit, Hieraci  
tis lapis subuiridis quidem est, ad nigrūq;  
cōuersus, alijsq; coloribus illustratus, uim  
habet hæmorrhoidas arefaciendi, alliga  
tus dextræ languentis coxæ, experiere quo  
q; id uerum esse, si ipsum manu teneas uns  
cta, muscæ nanq; non accedunt ullæ eam  
ad manum illitam. Indicus colore subfla  
uus est, remittit autem tritus purpureū suc  
cum, necq; densus est, necq; fortis, potestq; cū  
uino potus, immixto minimeq; diluto san

M v

guinem expuentes iuuare. Qui autem alsbicans, & cinereum uim fundit apparētia, alias quoque sanguinis sistit effluxiones Sulfur cum uino potum albo & tenui, in uesica calculos satis terit.

Lapis Aetites.

**A'ido<sup>s</sup>** Aetites lapis, qui inter quatiendum sos  
**U'stīt<sup>s</sup>** nitum edit, tanque alio in utero sonante, cuius  
ius uis medica, quod embrya retineat, cū  
perniciosæ fuerint matrices, alligatus bra-  
chio sinistro. Tempore autem partus au-  
fer & brachio, & alliga coxæ, & citra dolo-  
rem ullū pariet. Dissolutus autē & assu-  
ptus, cerotæ cum cyprino oleo, aut mustas-  
ceo, uel aliquo calefaciente uehemēter pro-  
dest articularibus & paralyticis. Est etiam  
lapis clepeleñchus & Græcis dictus, quod  
est furti indicax, quem si quis cū pane pro-  
ferat, aiunt furem manducare nō posse.

Lapis Alabandicus.

Colore hic lapis nigrescit cum tritico,  
collucens autē, ut ignis, inflationes & rhas-  
gadas sedat. Is leuis tritus, nigram habet  
superficiem.

Gagatis admirandus lapis.

Admotus igni & succensus, inde usque  
extinctus, uinum datur potandum cardia-  
cis, & cōfestim cordis dolor sedatur, sudor

Rimæ  
Gagatis

**A**pis laguli. **T**Alcanji Habet virtutem adustam pum  
fasciā & ideo auffert verucas. Sed qn̄ sumit<sup>2</sup> minū lax  
et humorē nitidū & inducitat sanguinē ab humorib⁹ g⁹ssis  
et dosis eius est a iiiij kroath usq; ad 3. i. m̄xig & alijs me  
dīmī laxatinis: et poly eius confert dolorib⁹ remē & astma  
ti. Et si tuta & aero & limia<sup>2</sup> sup morfeū & baras traxit.

**M**argarite Rasis sūt fr̄de & sine in fr̄to gradu. & m̄cīs e  
abilitas panca rōfēndū desuritū vīg. & albidiū oculi & fōnde  
neb⁹ cīg zētūr̄ mēstrū & abstergit deles & desirat h̄p-  
miditates. **T**ūlār̄ eleamīa. Nū arganīz sūt ipatē. culi  
dare & fr̄ki & sim̄ & h̄ndi & grossiores sūt meliores, &  
dare sūt meliores obſtrūs. Conſtrūr̄ carduare & tremorī re-  
tineantib⁹ sanguine.

### MARGARITÆ

Karabe. ¶ Galeng. nuntius dicit pma et tales factura. in tercio qd  
du sed desitatio vel humoratio non sunt in ea multi: verni depli-  
nat ad similes panini. ¶ Di frondes. Quando fit cunctum? fo-  
liis confort pulsanois podagre. Gumi eius magis in rostro ibi  
gnetorum et quoniam bibit sennet eius per arco mirat epiphysiam.  
¶ Panus. est gumi arboris: & ut doloris curia quoniam ipsu bibit  
retinet fluxu ventris & ita & absindit fluxu sagumis  
¶ Abusus erit. Caliditas eius est ipsa cum paura frigidi confort ror-  
diare et strigitur venter. ¶ Rasis. 3° ali. ra 3° Karabe  
fridu existent et sunt magnorum superfluitati. atque emorroy-  
dis et emoptonis. nec non disperderis: ac cordis tremori  
remedii confort.

re stillante, & excitatis pulsibus, nam & bitemen idem facit. Suffumigatus feras fuscatur, & menstrua agit, & secunda, arguit quoque comitiales, soluit chœradas, mixtus idoneis medicaminibus. Curat etiam solutus affectiones ani, & coctus succo omnipacum, hoc est, præmaturarū uuarum ad tertium, potest alios fluxus corporis corripere.

Electrū, uel suginū, uel lynguriū  
Potū medetur dysuriæ, & stomachicos iuuat, & chryseleclrus potus cum mastiche doloribus stomachi medetur.

### Iaspis subuiridis

Alligatus dolores stomachi pacat, & paralyses, & dolores lenit uentris. At nominatus capnias uiridis, colorem admodum turbatum habens, maxime custodit mulieres difficulter parientes, iuuatque intercutem aquam alligatus, maximaque uulnera ab inflammatione custodit, sauciosque, alligatus desuper, sine dolore efficit.

### Iaspachates.

Ex smaragdissante est iaspidis & achaiae, uim habens, qui sitibundos lenit, & hydropticis opitulatur, & hepaticis, & peripneumonicis, & pleureticis potus, floridū & iuvenile corpus reddit.

*Hoc nō tam apud medicos nō apud artifices parabat sed est ut quod palatio attulit diffus tam a Romis quod se farinam pro parabat utrumque si dicitur deinde Quibus lotiū egreditur, greci sūt, aquest et ad couagiā pro idem, tunc illa spissit malum dicitur, ad nos portatur.*

### Saphirus lapis.

Αἰδος σάφης  
φαρύγγιος

Cum lacte solutus medetur omnibus  
intestinis hulceribus, & sudores sedat, ex te-  
rioraque hulcera medicatur, cū lacte illitus,  
sectiones linguæ solutus aridus appositus  
medicatur, ac in totū uim habet a refaciēdi-

### Smaragdus lapis.

Assa & soluta uis huius cum melle attis-  
co mixta, obtusam oculorū aciem curat,  
cum aqua uero incisim illita elephantiasī  
utilissima est. Pota autem cum aqua, lan-  
gorem perimit, sanguinem cohibet alliga-  
ta ubi uis & comportata.

### De Metallicis.

**M**etallica consuetum est medicis ap-  
pellare, quorū ortus est in metallis,  
uel sponte uenit, uel fornacis usu ex-  
coquitur, Tertia sunt quę homines ipsi cō-  
parant sicut cerussa, sandix, et id genus alia,  
deinceps igitur de his dicetur.

### De Adarcio.

*Ad arcum. Sphyrano u. p. d' spū  
ma q̄ nra rwmā s.  
applicat & eu adhuc er  
p̄ mediu m̄ farr ab hyscōib*

Adarcium acutissimum est, & calidius,  
ideo ei miscetur, quę uim eius obtundant,  
atq̄ ita sit admodum utile, ubi extrinsecus  
calefacere aliquid conueniat.

### De Alcionia.

*Spuma maris*  
Alcionia absterget omnia & distrahit  
acutam habentia qualitatem, uel magis,  
uel minus, quod autasperum uocatur, ex  
teriorum superficiem leuem obtinet, interi  
orem uero habet asperam. Antecedit au  
tem calore alcionium, ut etiam pilos exu  
rat, ideo ad lepras, uitiligines, scabies & im  
petigines, & id genus alijs utimur, nam asper  
rum alcionium non absterget modo super  
ficiem, sed etiam cutem aufert & sauiat.  
Quod autem milesium dicitur, figura uer  
mi consimile est purpureo colore, substan  
tia uero molle omnium tenuissimum est,  
ideo exiustum alopecias cum uino rufo &  
tenui illitum curat.

### De Salibus

Sales in eadē sunt potestate genere qui  
fossiles, quicq; maritimi. Differunt autem  
magis & minus essentia coagulari, ideo in  
his crassitudo est paruum magna, & acer  
bescens in his qui e mari. Optimi uero in  
ter fossiles, qui ammoniaci sales & capado  
cici, inter marinos qui uniformes sunt, &  
per stagnantes aquas facti, at omnibus co  
mune est calefacere, et distrahere, acerbescere,  
arefacere, cogere, astringendic; essentiā  
habent, quibuscum coniungūtur corporis  
qua, quanta nanc; fuerit in corporibus hu-

In toto fas  
lis genere  
efficacissi  
mus fossili  
lis est.

*Sal rapido*  
Dios. li. Song esplo  
*ma: Sal ammoni  
cal. affossi tibi paulo  
aut alme siccari sub sapo  
muge.*

Sal raddis in seco gradu. aridus n. eoder acerbissimis partibus est q̄d hanc p̄dest  
rōplexione p̄nitosis v̄p̄re stat et corpora aereant. h̄i ab h̄iget di vi appropq̄ amittit  
q̄ si q̄s immoderati utat torret sanguis et hebet fuit v̄iū. semper immunit  
et prurit insitat. m̄t̄ha offert. debet infelix humiditate m̄t̄detis versare  
deplusit. et quāt̄ iuēt̄ h̄i **miditas**, hanc sal depascitur. Reliquum autē  
ditates. sūt ex r̄mi rapul̄ tem solidæ essentiæ colligunt cum acerbis  
actrimeto medui iūt̄ poterit. ideo sale obruunt, & ap̄ putredine im-  
muniā custodiunt, quæ per humiditatem  
redundantem putredini sunt obnoxia.

### De salibus.

Sales usti, uim maiorem habent distra-  
hendi, quām qui non usti, adeoq̄ partium  
fit magis tenuium exustione eius corpus,  
neq̄ utiq̄, ut qui non usti sunt, cogendo,  
& contrahendo solidam essentiam, idem  
& λός οὐθος possunt. Salis flos est substantia quidē huius  
deserit Ni- midus, colorem croci habens, magis tenui-  
lo ægypti um partium est, quā sales usti, acutam ha-  
flumine bens qualitatem, & satis distrahendi uim.  
salis flos Cogitur autem in dierum canicularium  
Dios. li. 5. æstu, est nanq̄ ut flos huiusmodi aquis in  
cap. 83. sidens. Salis aspergo, spumosum est floridum  
dum salis prope saxa insidens, magis tenui-  
um partiū est ipso sale, quare & attenuat,  
& distrahit multo magis. Reliquum autē  
ad colligendum ut sales.

### De Armeniaco.

Armeniacum, hoc pictores utuntur ex  
Armenia asportatur, unde & gleba Arme-  
nica iam dicta. Potestate autem has-  
bet Armeniacum abstergendi cum brevi  
acumine, & breuissima acerbitate. Misces

tur itaq; cum sit eiusmodi, ophthalmicis  
potentijs, & ipso per se dissoluentes pulue  
reum efficiendo utuntur arido, ad augen  
dos in cilijs pilos, cum ob acumen non  
nullorum humorū aliqui ex ipsis cadunt,  
aliqui autem sine augmento, & sine nutri  
mento fiunt, talia nanc; acumina depascis  
tur, & absumit, partemq; eam in suum bo  
num perducit habitum, absumpta nanc;  
improba humiditate, natura in suas redit  
actiones, quæ tum impediabantur. Necesse Necep  
pos autem de ipso inquit, Armeniū quo  
utūtūr pictores, sumito duodecimam hol  
ce, quæ trium scrupulorum est, partem da  
to melancholicis, & in sanguine crassitudis  
nem habentibus. Exhibitur etiam pueris  
sub thorace perturbatis, reuomunt nanc;  
uimq; habet euomendi. Datur etiam à sa  
cro morbo perturbatis, & furentibus hoc  
modo, Sume tibi cētaurij manipulos tris,  
quantum manu compræhenderis, conco  
que pariter aquæ marinæ acetabula tria, Ὀξυλαφων  
quoad acetabulum modo unum supersit, Acetabus  
dissoluito cum coctione Armonici lapidē lū Roma  
& Græcis appellatum Armenianum, quo pi  
ctores utuntur, quantum sit holcæ pars ter  
tia, dato confidenter & intrepide, est enim  
absq; ullo periculo.

## De Arrhenico.

Ἄρρηνικόν

Arrhenicum, quod etiam Arsenicum, exurentis est potestatis, siue ustum, siue non ustum, non dubium, quin ustum tenuium magis sit partium, utere eo in tenuitate pislorum, quod si diutius ibi maneat, cutem exuret, & nostris auri pigmentū Victruiū sententia nominatur.

## De Bitumine.

g. Terr. h.  
monit. et  
magistr. et  
potidam

ασφαλτος

Bitumen unum etiam hoc est, quod in Probatur aqua gignitur marina, uel ubi sit quicquā quod pur mari consimile. Est autem asphaltus opti pure mo ma, quae in mari mortuo ad Hiericho nasa do splen scitur. Vis autem omnis asphalti arefaciēs det, pon est, & calefaciens in secundo ordine. Iure derosūq igitur ad glutinanda sanguinolenta uulne & firmo ra facit, ad aliacq quae mediocriter caleface odore est. re opus sit, ob hoc in extensionibus quae te Dios. lib. i nesmi dicuntur commoda, in quibus pitu cap. 90. ita tenax, ubi difficulter euellitur, utimur suffumigando, & in torminibus, eadē de caussa exhulceratis intestinis pota asphal tus, quantum nux pontica, uel fabē magni tudo dissoluta cum uino in syncopem cas dentes, cordis dolorem leuat, uehemēterq statim sentitur adiumentum, prēcipue facit experientia, cognoscitur, si pota fuerit cū aqua, ab his qui canis rabiosi morsu læsi fuerint

fuerint, præmunire ipsos ne aqua terreantur, & iam elapsos pridem conseruare.

De Aphronitro.

Arabice bairnus l<sup>2</sup>

Aphronitrum, ut quidam aphrolitus ἀφρόνιτρος male, nam nitri spuma est, differt nancis aphronitrum ab aphrolitro, quod nitri quidem spuma arefaciens remedium est pollini triticeæ spectatu similis, est etiam albus, non sicut Asiæ petræ flos cineraceus. Aphronitrum autem non farinaceum nequidem dissolutum, sed coagulatum & contractum. A sale autem differt aphronitrū, quatenus unum modo dominantem succum euidenter est intueri amarum, uim habentem distrahendi, cogendi non habet, quemadmodum sal, abstergentem quidē habet uim aphrolitrum, ut non solum sor dem abstergeat, sed etiam pruritiū medeat. At spuma nitri eiusdem quidē est poststatis, uerum partibus tenuioribus.

De Gypso.

Gypsus absq; quod arefaciat, uim etiā admiuit emplasticam, lapides cit nancis aliis quantulum, ideo miscetur pollini frumentaceæ farine, quæ euolat & molis in proximos parietes, & madefacta ouī albumine, assumptisq; leporinis pilis, corripit egressie sanguinis eruptiones.

γύψος  
Est gypso  
astringēdi  
uis.

N

## De Diphryge.

**Diphryges** mixtæ est potestatis styptice  
est abstersio & desinuere cū acumine, ideo hulceribus medetur con-  
suetudinis malæ præsentaneumq; remedii  
Vide apud Symb. m poflx.  
um est aduersus oris tabida hulcera, ipsum  
per se, cum melle despumato & imprimis  
ad anginam cum iam compareat quod de  
fluxū corripiat, & gurgulione resecto hoc  
statim ad cicatricem perducit astringendo  
ualide cicatricem in omni hulcere.

## De Diaphane.

Diaphanes uel peclarium exustū disso-  
lutissimū inpactum hulceribus fistulosis,  
celerrime carnescere compellit.

## De Sulfure.

Sulphur autē ex inchoato aero  
terrestri subtili & longe late diffuso  
Ex argento vino & sulphure plexione calidū, & essentia partium tenuis  
dinerat coadunatis. & simi um, ut virulentis multis obiciatur, ut tur-  
menis terre decoloris. durerat  
sa generat metalla. Et ut  
qbusdam plant: si m̄ta manu  
mixtum, aliquando oleo ueteri, uel melli,  
vini uerarot donec argentei  
tabiliter. & tunc Sulphur uel terebinthine, impetigines, & lepras, &  
fiueret. s. al. ca 38. Sulphur  
scabies curat. Absterget namq; talia non  
raro e quod adiunctione fanum introrsum immittendo maieriam, ut mul-  
et. scabici cofert. sit co ta medicamina.  
fiar inchoato argy asthmari si bibat auxiliū pferet.

## De Rubigine.

Rubigo abrasa, acutam habet uim di-  
strahendi & purgandi, secundiq; omnem

carnem ammictam cerotæ multæ cicatriæ  
cœm efficiendi medicamen est secans.

De Cadmia.

Cadmia, ut quidam cathmia, optima  
quæ racemosa. Omnis cadmia arefaciens <sup>καδμεία</sup>  
particeps est abstergendi potentiae, inter ca-  
liditatem, frigiditatemq; habet differentiam,  
temperata est sere. Exusta autem, & abluta,  
arefaciens, & abstergens est, sine corru-  
ptione medicamen, ubi compleri hulcera  
debeant, siue in oculis, siue in cœteris cor-  
poris partibus.

De Cyano.

Cyanus acutæ est potestatis purgantis, <sup>κυανός</sup>  
& distrahit, particeps est euā acerbitatis.

De Cinnabari.

Cinnabari acutæ mediocriter est pos- <sup>χιννάβαρι</sup>  
testatis.

De Conia.

Conia cinere abluto sit conia. Cinis autem  
quod supereft ex corporibus exustis, nomi-  
natur à græcis tephra, que si lapidosa fuerit  
si arborū, si animaliū iuxta abluti naturā,  
conia est, si acutissimum id exustum, conia  
acutissima, si mediocre, si pauxillū, eadem  
usq; natura custoditur, ideo putridis admi-  
scetur, exurendi caliditatem habens, quod  
tenuium partium sit, citra dolorem exurit.

## De Chalcantho.

*vitraria sp̄is χαλκαν* Chalcanthus, mirabile est quod certe scribitur de hoc medicinmine, quemadmodū a stramenis ualidissimæ acerbitati generosa ammisces tum suto: tur caliditas. Manifestum igitur ubi cunctis circumfundi humidis carnibus potest, quæ admodum humiditatem caliditate absus mendo acerbitate colligat, & eam solidet essentiam. In cipro autē sit, & ubi indagatur. & eruitur misy, chalcitis, & sori, & pers inde ex hoc intelligitur, posse penetrantem aquam pluuiam in eum colliculum circum alluere & abluere totam illam terram.

## De Chalciti.

*Vitrœoli χαλκίτης*, Chalcitis mixtam habet acerbescensem Annerojs <sup>colli m 43. oes</sup> & acutam uim, dominatur autem acuta, sp̄is <sup>ires vitreoli h. p. virtutis</sup> uehemens adeo, ut etiam carnem combusti <sup>g. Martini p. Apollonii. 2 dñm</sup> tifiat in subtilitate grossi rat, efficiatque, quā escharam uocant. Com ne. qz grossig & rubor. p. busta chalcitis mordet quidem minus, sed illud rochotar. et p. illud vi minus quoque arefacit, apponit quoque non rube & rubor. et viride <sup>qz</sup> parum acerbitatis, ut multo melior sit exu rōparato rochotar ad viride. Ita chalcitis, quam non usta, magis tenuiū Et rubor & morsis mordicatio nis viridi. p. grossis <sup>qz</sup> ut alia exusta partium euadit, acumen non fere. et rubor & viride non assumit, nā quæ natura suapte acuta sunt, tis solitudine. qz rubor & morsis <sup>qz</sup> eadem exusta leniora euadunt, alia uero viride & minus rotund. sed acutiora, at abluta minus mordet efficitur rochotar ligat.

*Xanthos kakauniroj.*

Chalcus, æs exustum, habet quiddam

## De Chalco.

acutum & acerbescens, & ob hoc si abluitur, optimum medicamen est ad cicatricē hulcerum efficiendam, antequā abluatur, carnium scabriei accommodatur.

De Chalchi æris flore.

Chalchi æris flos potentiae est partium tenuium, exusto ære, & squamma, hoc est, χαλκός ramento, particeps est abstergendi potentiæ, unde magnis asperitatibus congruit superciliorum, quas sycoses uocant.

De Chrysocolla.

Chrysocolla eliquantium carnes medi camen est, nō admodū uellicat, satis distra hens, ac arefaciens, quidam metallatum solū, ita enim nominat melius instructū in mola ærea, ex rufo ære, & cochleari æreo simili comparatum, larga pueri urina inie cta sub sole calido sinunt aliquādiu, quod ita resolutum arefactum accommodatissimū medicamen hulceribus ex uitiosa consuetudine per se, misceturq; idoneis medicaminibus. Quidā uero scribunt chrysocollā apportari à Macedonia, fodi dicētes ex his locis, q; sunt proximi grarijs metallis

*anri plm.  
Et illud q; borax varii  
arabi mtaaz.*

De Diaphane.

Diaphanes seu peclarium exustum solutissimum appositū fistularibus hulceribus carnem confestim obducit.

### De Diphryge.

Diphryges mixta est qualitatis ac potentiæ, habetq; quiddam acerbescens, & acus tum mediocriter, ideo etiam uitiosis consuetudine medetur hulceribus, præseniane umq; remedium est, oris etiam hulceribus putridis per sese, & cum melle, præcipueq; medetur anginæ, cum iam præoccuparit, reprimendo fluxum gurgulionem secando sese utiliter saepius usos quidā scribunt

### De Gypso.

Gypsus non arefacit modo, sed emplasticam quoq; uim admittit, lapides cit, ideo si misceatur cum frumentacea polline pulueracea, quæ in parietibus pistrinorum inuenitur, madefacta ouo albo, & a sumptis leporinis pilis, generose sanguinis sistit eruptiones.

### De Rubigine.

Rubigo acutam habet gustatibus qualitatem distrahendi, & purgandi, acerbescensq; est, non mollis modo, sed etiam duræ substantiæ.

### De Lepide.

Lepis, ut quidam squamma, rametum aeris, & ferri. Lepis, quæ aeris, & quæ ferri, helitis uocatur. Hæc igitur in arefaciendo excellit, quæ tenuior est, aliquid rubiginis.

assumens, acerbatis plus habens, quæ ferri est lepis, ideo etiam ad uitiosa consuetudine hulcera accommodator quam æris, æris autem purgat & eliquat carnes. Cuncte autem lepides, seu squammas, seu ramenta malis dicere satis lacinant.

### De Lithargyro.

Lithargyrum arefacit mediocriter, sicut  $\lambda\delta\alpha\gamma$   $\pi$  <sup>Draſorides</sup> & id genus alia omnia, & calefacit, & refri-  $\gamma\mu\sigma$  <sup>untq h̄tangrū</sup> gerat, & absterget, & in omnibus medio- <sup>Mphma moliffratā sedatma</sup> criter peragit, ideo tanq; materia sœpe ipsa <sup>infrigidatā: & cōglutinatā</sup> utimur miscendo alijs, ut cera utimur tanq; <sup>replet ulera pumda tamē</sup> <sup>auferit tamē ſupfluat que</sup> quam quadam materia, de litro supra dia- <sup>ftn i eis. et ſolidat ea. q̄ bale</sup> ctum est, ut medium est inter aphronitrum <sup>ng untq p̄ma eius v̄q̄lis</sup> & alias potentias, arefacit itaq; ac distrahit, <sup>desitamia ſunt deſtitut me</sup> Quod si in corpus sumatur, secat, & atter- <sup>dm̄ mineralis. ſerda eſt</sup> nuat crassos & glutinosos humores, mul- <sup>v̄tq q̄ reſtrigit & abſtrahit</sup> to magis alijs. In suffocationibus igitur <sup>ming quā medīm̄ ſq̄dā</sup> utetur aliquis uſq; quacq; <sup>m̄ q̄ fir m̄ roxis & alijs p̄nbq. prop̄ t̄ conſtituere</sup> De Melanteria. <sup>l̄m̄ et eſt m̄ ſit m̄ m̄ om̄ medīm̄ n̄</sup> <sup>melanay ſunt r̄da.</sup>

Melanteria inter acerbescētia est mediæ  $\mu\lambda\alpha\nu$  sp̄s v̄reoli camina, præterea tenuium etiam partium  $\tau\varphi\iota\alpha$  omnium, maxime acerbescētium.

### De Melane seu attamento scriptorio.

Melan atramentum scriptoriū satis arefacit solutum aqua, uel oxycrato, igni uita subito illita attramento leuantur.

### De Plumbo.

N <sup>iiij</sup>

μόλιθος

Plumbū potestatis est refrigerantis, ideo  
humidam obtinet essentiā sub frigiditate  
compactam, unde augetur, & tumore, &  
pondere. Plumbū si reponatur in humi-  
libus domibus, turbulentū habent aerem.  
Constituito igitur mortariū tibi ex plum-  
bo, & chocliare plumbeum, immitteq; in  
ipsum uinum tenuē, & rosaceum oleum,  
uel myrrinū, uel melinū, tere in sole, aut an-  
te focum, ut succus aliquis emanet e plum-  
bo, inde erit optimum medicamen, Galea-  
ni, Aetijq; sentētia, utere facto succo ad ani-  
hulcera ardentia in pudibundis, & testicu-  
lis, & mammis, & quęcūq; in fœmoribus,  
fœminibusq; fuerint, aut pedibus, aut de-  
niq; articulis omnibus. Aduersum uitiosa  
consuetudine morbos & cancrofosos admis-  
randum medicamen esse perhibetur. Ad-  
huc utilius putat uterq;, si acerbescētem  
& frigefacientem aliquem succum adiece-  
ris, ut seris, cotyledonis, semperuiui, portu-  
lacæ, psyllij, omphacis, seu uuę pr̄ematurę,  
quęcunq; horum non immittunt succum,  
ut portulaca, miscere ipsis aliorum succū  
oportet, quemadmodum omphacis. Si si-  
at platysma ex plumbō, et imponatur lum-  
bis, certare, uel sese exercere uolentium im-  
pulsus prohibet uenereos. Exustū & ablu-

tum plumbum ad uitiosa consuetudine  
hulcera, & chironia dicta, & cancrosa, præ  
stans medicamen ad cicatricem perducēs,  
tum per se, tum alijs admixtum.

### De ostracum testa.

Ostracum testa arefacentis et abstergen  
tis potentiae est, præcipue clibanorum, ficti  
lium inquam, siue superni, siue inferni, in  
quibus ante focum torrentur edulia, quæ  
undiq; prunis circundantur.

### De Pompholyce.

Pompholyx testa, quæ saxis hæret per  
tusa tegens quidpiam edulij, lota ea ac so  
luta, omnia antecedit, quæ arefacent sine πομφόλυξ  
Hoc in 15  
ntia vorat  
corruptione, unde cancrisis medetur hul  
ceribus apposite, uitiosisq; consuetudine  
omnibus hulceribus, corrososq; dētes cu  
rat. Referam, quod ipse quoq; expertus  
sum in pomi citrei, uel potius mali medici  
acidissimi succo, quod limonem uocant, si  
concham eam marinam immergas, uel ali  
am dissoluitur nocte una in cinerē, ea ma  
terie lentigines omnes amoueris, et neuos,  
& cancrisis succurres hulceribus.

### De Psimmythio, uel cerussa.

Psimmythium, latine cerussa, ex plur  
bo in acuto aceto soluto comparatur, quo  
modo comparetur nō alienum puto Vis

N v

Striuū uerba proferre. Rhodi enim inquit  
doljs sarmenta collocantes, aceto suffuso  
supra sarmenta collocant plumbeas mas-  
sas, deinde ea operculis obturant, ne spirar-  
imentum obturata emittant. Post certum  
tempus aperientes inueniunt e massis plum-  
beis cerussam. Eadē ratione lamellas creas  
collocantes efficiunt eruginem, quę eruca  
appellatur. Cerussa uero cum in fornace  
coquitur, mutato colore ad ignis incendi-  
um efficitur sandaraca. Id autem incendio  
factum, ex casu didicerunt homines, ex eo  
multo meliorem usum præstari, quā quæ  
de metallis per se nata fodit. Vt cuncti  
igitur ita cerussa comparetur, nec acutū,  
nec lancinās quicq; habet, nec distrahēs,  
sed emplasticum, ac refrigerans. Vista au-  
tem, inquit Aetius, pura cerussa, mutatur  
in id quod syricum nuncupatur, quē Me-  
dici sandyca uocant. Exusta autem cerussa  
tenuium fit partium, & nequidem ita cale-  
faciens. Fucus autem frigiditatem cerusse  
custodiens, partium tenuitatem admisit, ut  
ea ad intima possit corporum penetrare.  
Psoricum lithargyro mixta, bis tanta chal-  
citi fit medicamen. Acutissimo namq; pris-  
mum aceto solutis his, & in nouam aulā  
siculem immisis, quam fornaçī immiseris

ad. 40. dies, uel medio estu in sterquilinio  
bubulo hoc medicamen magis arefaciens  
erit, & incorruptius chalcii, & perinde eti  
am magis tenuium partium.

### De Rhoidarij constructione.

Rhoidarij constructio cum uarie cōstru  
atur, hæc longe optima putatur. Sume la  
cham, eam aqua aspergito, & soluito lapi  
dem nomine cupholithū, infunde ex asper  
gine cupholithi, sinitoqe torrefieri. Insumi  
to radicem anchusæ, & coque cum oleo,  
quoad oleum flauescat, et immittit ex oleo  
pauculum, & solue, & sine torreri dies. 15.  
& rursus immittit ex aspergine ipsius lachē  
& sine torreri, inde immittit in uas fictile,  
& obiura, eritqe rhoidarium præstans. Fe  
rebatur autē cupholithum & Cæsarea Pa  
lestinae, at qui caruerunt cupholitho, asbes  
to eius loci usi sunt.

### De Sandaracha.

Sandaracha urentis est potentissime, quem σάνδρος  
admodum Arsenicum, unde in distrahen γάχη  
di potētijs, & abstergendi ipsam remiscent

### De Sandice.

Sandix, uel etiam Syricum, ubi de prosim  
mithio iam dictum.

### De Scorea.

Scorea omnis arefaciens satis est medicamen. Ferri autem scoream leuissimam faciens in aceto acutissimo, & inde coquens, ad purulenta auriū uetera hoc utitor medicamine arefaciente. Argenti autem scorea nominatur helcysma, arefacientis est potentiae.

# De Stímmi.

*Antimonii* . **Símuoi** *nominis phth* Stimmi in potestate arefaciendi acerbitas tem habet huiusmodi medicamen, ideo ophthalmicis medicaminibus ammisetur . Appositis autem quæ dicuntur collyria , & aridis, quæ arida vocant collyria.

## De Spongo, uel spongia.

Dios. li. 5.  
cap. 92. Spongos, uel spongia, humida pice, &  
bitumine madefacta, & exusta, acutæ est, et  
distrahentis potentiae. Nouus autem spongos  
frigida aqua, uel oxycrato, uel uino asper-  
sus, iuxta corporum differentias glutinabit  
uulnera cruenta, ut idonea medicamina.

## De Alumine.

**De Alumine.**  
Alumen omne uehementissimā habet  
frigiditatem, tenuium fere magis partium  
est alijs, quod scissum appellat, inde quod  
rotundum. Satis autem crassarum partiū  
humidum, & placitis, & splinthitis nomi-  
natum.

## De Calce extinta.

Calx extincta exurit plurimum, adeo,  
ut escharam faciat, extincta uero confessim  
saniem obducit, eademq; post diem unum  
aut duos, minus exurit, & minus putrefas-  
cit, multo post nihil prorsus escharæ indu-  
cit. Quod si abluatur, morsum deponit,  
facitq; quam diximus coniam nominari  
ipsa sine lancingatione arefacit, & si bis, &  
ter, ac sepius lauetur, prorsus non mordet,  
& perinde arefacit citra morsum.

### De Sulfure.

Sulfur omne trahendi potestatis est, caliz Dñop Ro  
dum quidem temperamento, essentia par mani sul- Dñro. Ur  
tium tenuium, ut multis pestiferis oblistat, fur dicunt m̄ v̄m et m̄  
quo usi sunt medicamine præstantissimi axiō spōnī  
Medici in marino turture, & draconis ictu q̄ nō appro-  
arefaciendo, aspergendo loco demorso, i quār iogni. & q̄ mod raleſn  
aut aculei ictu sautio, uel etiā mixta axun- it & resoluit. trāmrat &  
gia, aliquando oleo uetuslo, uel melle, uel rōfert tuſſi & edurit ſanit  
terebinthina, & impetigines, & scabies, & de pſde & q̄n trāſgl̄m̄  
lepras s̄epissime curarunt, ipsum cum tere- lono ſorbili, aut ſin ſin  
binthina ammiscendo. Absterget siquidē q̄n & co ronſerit ap̄hniak  
eiusmodi langores citra expulsionem ma- q̄n ſumigat & rōfert  
teriæ ipsorum ad intima, quemadmodum ſudorū & obliuiō & m̄ſ  
multa faciunt medicamina. nt & rō melle & viuo &  
curat itatins & atm̄hones  
aurin q̄n linuit & eo.

### De Hydrargyro uel argento uiuo.

Hydrargyros, hoc inquit Galenus, non v̄d̄ḡs  
est per ſe naſcentium medicaminum, ſed γυρο

comparatorū, ut cerussa, & rubigo, & pso-  
ricum, & lithargyrus, huius, inquit Galen-  
nus, nullam habeo experientiam, neq; q  
perimat si potetur, neq; si extrinsecus ap-  
**Auicenna** ponatur. Auicenna autem ipsum ait natu-  
ræ frigidæ, & humidæ in secundo ordine,  
eo perimi pediculos, reliquosq; uermes,  
cum oleo rosaceo pellere scabiem extinctū  
& hulceribus purulentis mederi, fumum  
ipsius gignere paralysim, & auditum, & ui-  
sum lædere, & si potetur, quod secet mul-  
tum morti dare, remedium esse, ut lac biba-  
tur, & uomatur, venenosa animalia eius fu-  
mo fugari. Ait Rasis uero, Ego, inquit, si  
mixæ quæ mihi erat bibendum dedi argen-  
tum uiuum, nec aliud ex eo habuit incom-  
modum, quām quod torquebatur, & uen-  
trem sepe mordebat, manibusc; scalpebat  
Hoc Auicennæ ipsius aduersatur sententiæ,  
& plane contrarium, qui uel solo putat fu-  
mo animalia ita agitari, & haustu perimi.  
Deniq; qm iam satis literarū primo Medi-  
cine libro dedimus, iam reliqua simplicia,  
quæ sunt animaliū secundo deputabimus.

Argentīnē per Henricum Sybold,  
Anno M. D. XXVIII.  
Mense Augusto.